



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

Cap. XIX. De duobus medijs, quæ facile & suaue reddent mortificationis exercitium, quæ sunt vbi gratia & sanctus amor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40093

*Quotidie.**Luc. 9. 23.**Climachus c. 4. Sueton. c. 8. in Tito.**Lib. 4. c. 5. vita P. Francisci de Bergia.**Nil sapit Francisc sine mortificatione.**Idem iuratus sibi hostis.*

Ad verba illa, quæ dicebat Christus Seruator noster: *Si quis vult venire post me abneget semetipsum & tollat crucem suam: addit* Euangelista S. Lucas: *Et tollat crucem suam quotidie.* Nullus dies abeat, in quo voluntatem propriam non frangis & eorceas in aliqua re: sin tu aseat (dicit S. Ioan. Chima.) crede hanc tibi perditum esse, & cogita te eo non fuisse Religiosum. Vt solitus dicebat Imperator ille Romanus, quo die nemini beneficium contulisset: *Amici diem perdidit.* hodie non regnauimus, hodie non fuimus Reges & Imperatores, quia nulli beneficium impesum est. Magis ergo proprium est religioso se mortificare & voluntatem abnegare, quam Regibus & Imperatoribus beneficia conferre, hoc enim est religiosum esse, facere quod non vis & omittere quod vis.

Bonum hic, vt a sibi, nobis relinquit exemplum Pater noster Franciscus de Bergia, qui amarum & insipidum sibi victum fore dicebat eo die, quo corpus bona aliqua penitentia & mortificatione non castigasset. Et addebat, quod sine consolatione viueret si sciret mortem illi appetendam eo die, quo aliquam penitentiam non fecisset & sensus suos non mortificasset: Sic vt nullus dies ei abiret, quo se non mortificaret, rogabatque Dominum vt deliciae & commoditates ipsi tormenta & cruces essent, & labores deliciae. Qui est tertius & perfectissimus gradus mortificationis, & ideo volebat ne quid ei commoditatis fieret donec id à Deo impetrasset. In perpetuis erat excubiis, semper corpori bellum inferbat, & semp inueniebat in quo se mortificaret & cruciaret: vocabat amicos quæcunque adiuuabant ad illum assidendum. Si quando per solē æstate ambulās, æstu terrebarur. aiebat: Quæ nos iuuat amicus ille. Idē de gelu, aere, vento, pluuia in rigore hyemis, dolore podagræ vel cordis, & de illis, qui illū persequebantur & murmurabant. dicebat, & nominabat amicos, quia illū iuuabant vt superaret & subiiceret corpus, quod capitale hostē suum dicebat. Neq; contentus erat mortificationibus & afflictionibus, quæ se spōte

offerebant, sed nouos ad se mortificandū inuentiones excogitabat. Subinde arenā & lapillos calcis imponebat, vt inter eadum pedes læderent: in æstate sapius per feruorem solis ibat, & hyeme per niuem & gelu & pilis nuda habebat tempora, eo enim ex trahi iussisset quando discipuloam capere non poterat, corpus punctiōibus & aliis modis affligebat: imo in ipsis morbis rationes quærebat: quibus dolorem dolori, cruciatum cruciatui adderet, potiones enim, quam amaræ essent, sorbendo bibebat, quasi dulcē aliquā fortionem pilulas amaras mandebat dentibus & multo tempore seruabat in ore, & hoc pacto sensus mortificabat & cruciabat & carnem crucifigebat, & sic studebat ad perfectionem & sanctitatem peruenire, ad quam peruenit.

CAPVT XIX.

De duobus medijs, quæ facile & suauere reddent mortificationis exercitium, quæ sunt Dei gratia & sanctus amor.

RESTAT agamus de aliquibus medijs, quæ nos iuuant, vt tam nobis necessarium exercitiū hoc mortificationis fiat non solū facile & tolerabile, sed etiā suauē & lapidum. Primū & præcipuū ad hoc remediū esse debet Dei gratia, qua omnia facilia & leuia fiunt. Sanctus Apostolus multum affligebatur tentatione, & Dei instanter rogabat, vt auferret eam? Propter quod Dominū rogaui vt discederet à me. Et respondit ei Dominus: Sufficit tibi gratia mea. Eademq; se sic confortatum lenit, vt diceret: Omnia possum in eo, qui mi confortat: Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Non solos nos Deus in hoc mortificationis labore relinquit, ipse nobis ad eū, & eleuat onus: ideoq; legem suam iugum nominat, quod à duobus fertur, Christus se nobis iungit vt portet quis ergo animū despondeat cū tali cōsortio & auxilio: ne videatur tibi difficile, minorem enim oneris partem feres. Ideoque quamuis iugum

gum dicat, addit suaue, & quamuis onus nominet, dicit leue esse. *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Quamuis enim respectu nostræ naturæ & imbecillitatis graue sit, idque nomine iugi & oneris indicatur; tamen Dei gratia fit facile & suaue, idem enim Dominus & leue reddit, vt per prophetam Oseam promittit. *Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum.* Et per Isaiam dicit: *Computrescet iugum a facie olei.* Mortificatis videtur iugum & graue onus, sed tantus est fauor & gratia Dei significata per oleum, quod iugum computrescet & tam suaue fiet, vt humeros non lædat, nec quidem sentiat.

S. Bernardus sermone primo de Dedicacione Ecclesie dicit, quemadmodum dum consecrantur Ecclesie, talis cerimonia in vsu est, vt cruces oleo sancto unguantur: idem Deus facit in cordibus Religiosorum, spirituali enim vnctione gratiæ suæ ungit & suauiores in eis reddit cruces poenitentiae & mortificationis, vt ipsis sint faciles & suaues. Hincque est, quod multi hoc exercitium fugiant, quia crucem vident & non vnctionem; sed vos experti (loquens Religiosis) *Ecce vno scitis, quia crux nostra inuncta est, & hac vnctione non solum facilis est & leuis: sed vt ita dicam, amariendo nostra dulcissima,* quod enim mundanis videtur amarum & inspidum, nobis Dei gratia valde dulce & sapidum est. Idcirco dicebat Sanctus Augustinus, quod nondum intellecto nomine castitatis videbatur nullus ei eandem seruare posse, donec intellexisset Dei gratiã, qua recte dicit nobis licet illud S. Ioannes: *Et mandata eius graui non sunt:* plenitudo enim gratiæ, quam Deus dat ad illa complenda, reddit illa facilia & suaui. S. Gregorius in illud Isaiæ: *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem:* ponit duo fortitudinis genera, alterum iustorum, ad se amore Dei mortificandum & patiendum, alterum malorum, ad tolerandũ magnos labores pro mundo, & consulendũ honori, bonis, appetitui & desiderio satisfaciendũ, & dicit eos, qui gratiæ Dei fidunt hãc

fortitudinem mutaturos in illam iustorum.

Secundum, quod mortificationis exercitiũ facile & suaue reddit, est Dei amor. S. Augustinus ait nihil tam efficax esse, nec quemcumq; laborem faciliore & suauiorem reddere, quam amor: *Qui amat, non laborat:* amor enim facit, vt labor non sentiat: *Omnis labor non amantibus grauis est, solus amor est, qui nomen difficultatis erubescit,* labor amantibus non est grauis, sed eo potius delectantur, vt videre est in piscantibus & venantibus, quibus hic labor non est grauis, sed potius recreatione putat. eo quod multo amore & affectu id faciat. Quid facit matrẽ non sentire educationis filii labore continuũ, nisi amor? Quid facit vxorem nocte dieq; mariti ægroto curã habere, nisi amor? Quid facit ad vsq; bestias & aues rã sollicitas esse in educatione pullorũ, & sibi substrahere q̃ edunt, & laborare ne illi fatigetur, & tãto animo illos defendere, nisi amor? Quid fecit Iacob breues videri labores septẽ & postea 14. annorũ causa Rachel, nisi amor? *Videbantur illi pauci dies pro amoris magnitudine.* Dicit S. Bernardus super illud Sp̃s̃: *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi. Propterea non fascem sed fasciculum dilectũ dicit, quod leue pro amore ipsius ducat, quicquid laboris imminet & doloris.* Notandum similiter, non absolute dixisse: *Fasciculus myrrha dilectus meus,* sed addit: *mihi,* & facit eum, quem amat fasciculum: si tibi fascis grauis & magnus, id fit, quia non amas, defectus amoris est, & ideo hoc tibi sit signum nõ multum aut parum amoris Dei habes. Non magni virtutis labores sunt, nisi exiguus sit noster amor, & ideo magni fiant. multum ama. & non solum non laborem, sed saporem senties. *Vbi autẽ amor est, labor non est, sed sapor,* dicit S. Bern. Aiebat Sancta quædam, iam vocata & amore Dei vulnerata, se non amplius sciuisse, quid esset pati, nec intus nec foris, nec a mũdo, nec diabolo, nec carne, nec quopiam alio: purus enim amor nescit quid sit poena vel tormentũ. Sic vt amor præter quã quod omnia facit eximia, & valde perfecta, addit magna

Amanti nil durum.
Aug. in Manuali & tractat de laudibus charitatis a lib. de bona viduitate circa finem ser. 9. de verbu Domini serm. 48. de tempore.

Gen. 19. 20.
Bern. ser. 43. super Cantica Cantic. 1. 12.

Bern. ser. 89. super Cantica.

magnam animam & fortitudinem, ad quemuis laborem & mortificationem subeundam, & reddit omnia facilia, leuia & sapida. Id declarat S. Chryf. in illud S. Pauli: *Plenitudo legis dilectio*: quod non solummodo dicere velit, totam legem & omnia mandata conclusa esse in breui hac voce, Amor, sed etiam eandem nobis facilem reddere obseruationem totius legis & omnium mandatorum Dei.

Morte fortior dilectio.
Cant. 8. 6.

Greg. ho. 11. super Euang. Augu. epist. 29. ad Hieronymum.

Quod etiam confirmatur dicto illo Sapientis: *Fortis est ut mors dilectio*: Inter alias etiam à Sanctis huius sententia proposito nostro seruietes adferuntur explicationes. S. Greg. alteram adfert, quam S. Aug. dicit optimam esse. Scis quid sibi velit, dum dicit quod fortis est ut mors dilectio? Ut mors separat animam à corpore, sic etiam amor Dei separat animam à rebus corporeis & sensibilib. & ut mors separat hominem à rerum omnium mundanarum commercio, sic & Dei amor dominium habet spiritus, sic illum fortificat, ut se separat à commercio & conuersatione mundana, & affectu, quem habet ad carnem & omnia sensualia. Hoc est dilectionem esse fortem ut mortem, ut enim mors occidit corpus, sic amor Dei occidit & extinguit in nobis affectum ad omnia corporalia & sensualia, facit hominem mundo mori & amori proprio, & Christi solum viuere, ut possit cum D. Paulo dicere: *Viuo autem iam non ego, viuic autem in me Christus.*

Ad Gal. 2. 20.

Aug. super Psal. 47. 14.

S. August. aliam valde bonam explicationem in verba illa adfert: *Ponite corda vestra in virtute eius*: & dicit dilectionem ut mortem forte esse, ut enim morti aduenienti nullis medicinis nec artificii resisti potest, nec prodest esse Episcopum, Regem vel Papam, aut Imperatorem, mors enim omnia præterit, nec quid ei opponi potest sic etiam dum quis vero Dei amore captus est, nihil ei potest opponi, nec omnia, quæ in mundo sunt, possunt eum inde separare, nec honores, nec diuitiarum nec prospera, nec aduersa, id quisque in se videat considerans gratiam quam Dominus illi impertiuir: vna tantum scintilla amoris sui, quam dedit, nullus se opposuit aut cogere

potuit, ut viam perfectionis & religionis, quam ingressus es, desereres, nec parentes, nec amicos, nec quicquid in mundo est, curasti, sed omnia calcasti & contempnisti præ eo, quod habes. Diligamus ergo Deum, & nihil se nobis opponet, sed potius cum Apostolo dicemus: *Quis ergo nos separabit à charitate Christi, tribulatio an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Domino nostro.*

CAPVT XX.

De alio medio, quod facile & incundum reddet mortificationis exercitium, quod est remuneratio nis spes.

TERTIUM medium, quod facile & incundum reddit mortificationis exercitium est remuneratio nis magnitudo, quæ speramus. Hac spe sibi animum addebat & se consolabatur S. Iob in medio magnarum tribulationum dicens: *Quis mihi retribuatur scribantur sermones mei quis mihi det exarentur in libro stilo ferreo & plumbi lamina, vel culte sculptantur in silice? Quis mihi det* (inquit) *ut scribantur sermones, quos volo dicere, ut æternæ memoriæ conficiantur posterorum: & adiungit. Ad longiorum memoriã, quis mihi dabit, ut sculptantur in libro stilo vel puncto ferreo in lamina plumbi? Quare S. Iob sic petis dicta tua æternitati sacrari? ut solamen, quod in aduersis meis habeo, omnes nati & nascendi in suis habeant. Et quæ sunt verba hæc: Scio enim quod Redemptor meus viuic, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circūdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspiciuntur sunt, & non auis. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Dicit se scire per Dei sui reuelationem Redempto-*